

2918 marmo lungo palmi 5 alto 2 CIC. Si trova in campagna alla distanza di circa due miglia da Palestrina nella contrada detta S. Pietro in Basso CIC. (epistula d. 18 Sept. 1862). Frustra quaesivimus ego et Stevenson.

L · TRYPHO  
M · CISPI  
G AEDIT · AED · C · P  
CVL · M · AD · M · PRAEN  
5 AMANS · SVORVM

L · BAEB  
TR · PL

Cicerchia ms. et in epistula data d. 26. Mart. 1856, unde edidit Henzen *ann. dell' Inst.* 1855 p. 86, denuo, adhibito ectypo, *revue archéol.* nov. ser. 7 (1863) p. 249.

5 in. particulam A litterae om. Cicerchia, addidit Henzen ex ectypo.

2 M. Cispus patronus Tryphonis (v. 1) creditur Henzeno. — 3. 4 [magister] aedit(uum) aed(is) C(astoris et) P(ollucis) [municip. Tus]cul(ani) coniecit Garrucci *bull. dell' Inst.* 1864 p. 8, *revue archéol.* n. s. 6 (1862) p. 98, conlatis titulis Tusculanis supra n. 2637. 2639, fortasse recte; deinde potest significari, ut idem Garruccius voluit conferens inscriptionem supra n. 309 v. 19, m(agister) ad M(artem) Praen(estinum). Reliquas eiusdem de hac inscriptione coniecturas discussit Henzen *revue* vol. 7 l. c. — Fortasse alterum fragmentum huius inscriptionis est titulus infra n. 3327.

2919 in ecclesia S. Nicolai civitatis Praenestinae VRBINAS. — (Romae) in Campo Martio FLOR. Illud verum esse apparet potissimum ex nomine C. Valerii Dolutii (cf. infra).

BARBARO

POMPEIANO · V · C · CONSVLARI · CAMP ·  
VNIVERSVS · ORDO · FOTVS · ADQ · AD  
IVTVS · BENEFICIIS · EIVS · SIMVL · ETIAM ·  
5 QVOD · PVBLICA · AEDIFICIA · IN · RV  
INAM · CONLAPSA · BENIVOLA · DISPO  
SITIONE · REFICI · ADQ · INSTAVRARI · PRAE  
CEPIT · STATVAM · AD · PERPETVITATEM  
NOMINIS · EIVS · ADQVE · MEMORIAE · IN · FO  
10 RO · HABITV · CIVILI · EXVLTANTIBVS  
CVNCTIS · CONSTITVIT · CVRANTE · IVL · LAVREN  
TIO · V · P · CVRATORE · CIVITATIS · EIVS

a latere:

DED · V · NON · MART  
M · NVMMIO · ALBINO  
L · LAELIO · MAXIMO · COS  
CVRANT · C · VALERIO · DOLVTIO · MARCIANO

Urbinate. Variat Florentinus in his: v. 3 TOTVS·Q (pro FOTVS·ADQ), 5 QVEDAM (pro QVOD), 6 COLLAPSA, BENIVOLENTIA, 7 ATQ, 9 ATQ·MEMORIA, 11 ANIMIS (pro CVNCTIS), CVR. — Inscriptionem lateris continuat cum inscriptione primaria Flor.; idem vv. 2. 3 sic exhibet M·MIMIO·ALBINO·COS· | M·LELIO·MAX; in v. 4 CVRANT habet Flor., CVRAT Urbinas; DOLVT Flor., DOLV·CIO Urbinas; MARCIANO Urbinas (certe apud Borghesium *bull. Nap.* et in epistula ad Labusium; MARTIANO est in opp. Borghesii 6 p. 157), omittit Flor.

Eiusdem consularis Campaniae notus est titulus Corp. X, 1199 (ubi legendum *Barbarus Pompeianus* cum exemplis melioribus, non *Barbarius*) ab ipso positus Abellae; quando floruerit, apparet ex codice Theod. 1, 2, 6, ubi refertur rescriptum Constantini ad eum datum a. p. C. 333. — Nomina consulum quae legebantur in latere sunt anni p. C. 227, ut demonstravit Borghesius; sequitur inde, quod item vidit Borghesius, ut inscriptio primaria substituta sit in locum antiquioris erasae. — C. Valerius Dolutius Marcianus sine dubio idem est cui posita est inscriptio supra n. 2888.

Ex codice, qui Urbini adservabatur penes Ios. de Pretis, p. 140 enotavit Borghesi, qui edidit ipse inscriptionem lateris *bull. arch. napol.* nov. ser. 7 (1859) p. 48 (= opp. 5, 494), integram inscriptionem posuit in epistula data ad Labusium d. 9 Dec. 1844 (= opp. 7 p. 490/1) et in fastis ms., unde edita est in Borghesii opp. 6 p. 157. Praeterea extat in codice musei Florentini n. 7a f. 64'.

In inscriptione primaria dispositionem veruum secutus sum eam quae est in codice Florentino, quippe quae sit aptior et fortasse vera (initio BARBARO vocabulum versu suo codex uterque); verba dedi ad codicem

2920 epitaphium, Praeneste legitur SVAR.

CAESARII ·  
COS

Suaresius Praen. p. 89 (inde Vulpi Lat. 9 p. 190 et Petrini p. 320 n. 20).  
Corrupta.

2921 basis marmorea. Praeneste ad vicum ascensus BVD., nelle scalinate che dalla chiesa cattedrale conducono al Borgo CECC. ibique extat (via della scalette). *in horto municipali*

FLAVIAE · RVFINAE  
M · BARBI · FASTI  
C O N S V L A R I S  
PATRONI · COLONIAE  
(urceus periit) 5 PRAENESTINORVM  
FILIAE · OPTIMAE  
MERITAE · PRAENESTIN  
D · D ·

patera

Descripsit de Rossi, recognovi ipse. Pighius cod. Luzac. p. 199; ab hoc puto Smetius ms. Neap. p. 174, apud Waelscappium f. 97, ed. 80, 9, ubi dicit se non vidisse (inde Grut. 374, 2; Paullus Merula cosmographia ed. 1605 p. 1070; ex quo Vulpi Lat. 9 p. 165; a Smetio etiam Panvinius Vat. 6036 f. 109 et Manutius orth. 687, 16, ex hoc Ligorius Taur. vol. 14, unde Gruteri editionem alteram adnotavit Gudius); de visu Budaeus apud Metellum Vat. 6039 f. 352' et apud Pingonium f. 84; Ligorius Neap. lib. 35 p. 214 (inde Panvinius Vat. 6035 f. 56, qui vv. 4. 5 citat Rom. p. 750; schedae Barberinae nunc Vaticanae, ex quibus sumpsit Spon miscell. p. 194; ex Sponio Vulpi 9 p. 166; ex ipso Ligorii libro Neapol. Murat. 1444, 8); Suaresius Praen. p. 278 (inde Mur. 1073, 3), male; Cecconi p. 32; Petrini p. 324 n. 22.

1. 2 quae dedi inclinatis, nunc desiderantur, exhibent Pighius et Smetius; deficient non solum apud recentiores, sed etiam apud Budaeam, nec magis ea vidit Ligorius, qui interpolans supplevit sic: *Iul. Rufinae | C. Iuli Festi | cet.* — 6 pro OPTIMAE SCR. OPTIME. — 7 PRAENESTIN Pigh. Smet.; N in margine, ut videtur, posita olim periit, omissa etiam a Budaeo et Ligorio.

Sero vidi, monente Mommseno, *Consularis* vocabulum (v. 3) hic, ut in n. 2867, cognomen esse iungendumque cum *Fastus*.

## XVIII. Inter Labicos Praeneste Gabios (p. 285).

ad n. 2845. Plautiae Quinctiliae et filii eius P. Helvidii Prisci lapis sepulchralis; quod non monerem, nisi male intellectum a Carmelo Mancini *atti della R. acc. di archeologia di Napoli* vol. 44 (1883) I p. 447 titulum atque pro mutilo suppletum esse animadverterem (est autem integer, margine ubique servato, ut et ego olim observaveram et nuper mihi confirmavit O. Hirschfeldius). — Helvidium Priscum praetorem a. 70 Publum fuisse praenomine eundemque cum marito Plautiae Quinctiliae Fabrettius inscr. p. 473 posuit quidem, sed nequaquam probavit.

## XIX. PRAENESTE (p. 288).

ad p. 294 not. 1. Henricus Jordan analect. epigr. Latin. (ind. lect. Regimont. 1886/7) p. 6 seq. nuper quaesivit, quomodo haec frustula supplenda sint et quem locum in fastis Verrianis occupaverint; cum autem non contigisset ei ut ea probabili ratione suppleret eisque certum locum attribueret, de nostra horum frustulorum cum fastis Verrianis coniunctione se dubitare significavit. Dubitationem autem ea res praecipue Iordano movit, quod neque sacri vetusti Solis et Lunae Romae celebrari soliti praeterea ulla mentio supersit neque aedis Solis et Lunae, si exceperis aetatem labentem. — Mihi videtur Verrius Flaccus in adnotationibus ad fastos suos solem et lunam etiam multis aliis modis memorare potuisse. Quid si Verrius, qui ad diem kalendarum Ianuariarum adscripsit originem moris ut eo die magistratus inirent, qui singulos dies a Caesare dictatore additos notavit, aliquo loco (fortasse ad mensem Februarium, ubi in fine solito maius spatium superesse debebat) egit de ratione anni qui fuit ante Caesarem? potuit Verrius exponere annum Romuli neque solis cursui neque lunae rationibus convenisse, potuit

narrare, Caesarem dictatorem primum inter Romanos annum [ad] solis cursu] accommodasse. Aliae quoque lunae et solis mentiones excogitari poterunt — potuit Verrius memorare septem stellas errantes, solem lunam Martem reliquas —, sed illud mihi probabilius videtur. Ceterum non incerta similitudine ductus fragmenta illa fastis Verrianis adscripsi, sed conlatis ectypis eorum cum reliquiis fastorum nunc Romae adservatis.

ad p. 294. Horatius Marucchi libro quem a. 1885 edidit *Guida archeologica dell' antica Praeneste* etiam inscriptiones Praenestinas plurimas complexus est, sed paucas admodum ad lapides conlatas, plerasque ex libris repetitas. Nova et utilia non habet nisi in christianis, ad quas adhibere eum potui iam supra p. 348 seq. (cf. p. 294 not. 4).

ad p. 295 not. 3. Oblitus eram, cum haec scribebam, arae huius Corp. vol. VI n. 3684, quam posuit una cum uxore et filia C. Iulius Germanus *veter(anus) Aug. n.* et quae sine dubio antiquitas pertinuit ad fanum Fortunae Primigeniae urbanum.

ad n. 2862. Quartum apographum extat apud Donium ms. Neap. p. 28, 13 petium ut ait 'ex libro ms.' (non 'ex libro vetere ms.', quod dicere solet Donius de eis quas ex Iucundo repetivit). Novum hoc apographum consentit cum reliquis (etiam v. 2 in PVERO), nisi quod v. 7 (pro RVFICANAE) habet RVFICANAI, v. 8 (pro PLOTILLAE) PLOTILLA·F.

ad n. 2866. Vide ne non diversus fuerit ab hoc L. Rufino Λ(ούχιος) ille Πουφίνος, memoratus ut ἀνθύπατος in nummo Chalcidis Euboeae sub Augusto cuso, edito ab Imhof-Blumer *monn. gr.* p. 222 n. 56, quo iudice hic Λ. Πουφίνος idem est atque Λ. Λίουιος ἀνθύπατος saepius memoratus in eiusdem Chalcidis nummis. Monuit de his nummis Chalcidensibus Pick.

ad n. 2898. Suspicio venit et hanc aram et Narbonensem huius Corp. vol. XII n. 4335 expressas esse ad aram Pacis Augustae Romae publice a. u. c. 741 consecratae (Mon. Anc. 2,38 cf. comm. Mommseni ed. 2 p. 49), similiter ut monumentum Tiberio a compluribus civitatibus Asiae positum expresserunt Puteolani.

ad n. 2949. In inscr. lateris ser. M. (pro L.) LAELIO MAXIMO.

ad n. 3044. Adferre vel saltem memorare debui hoc tabulae marmoreae fragmentum rep. d. 13 Apr. 1874 Romae in monte Esquilino non longe a basilica S. Mariae Maioris (cf. Lanciani *bull. cit.* tab. V. VI) prope rudera quae propter inscriptionem huius Corp. vol. VI n. 1744a balneorum Neratii Cerealis putabantur a Lanciano:

ANIMAE · ADFECTIONIS · ERGA REM PVBLICAM · SICVT · LVDVM  
GLADIATORIVM · OMNI · INPENS · SVA · ITA · SPOLIARIVM  
A FVNDAMENTIS · EXSTRVCTVM · ORNATVMQVE PRO NITORE  
CIVITATIS · REI · PVBLICAE · DONO · DEDIT

Descripsit Lanciani *bull. municipale* 2 (1874) p. 86, contulit Henzen huius Corp. vol. VI p. 885 ad n. 1744a. Apparet eum ad quem haec inscriptio pertinebat civitati suae plane eadem largitum esse ac Voesus Aper largitus erat Praenestinae. — Talem inscriptionem antiquitas Romae stetisse, quod Lanciano venerat in mentem, dedicatam a decurionibus civibusve eius civitatis, credi non potest; absunt enim verba sollemnia talium dedicationum, abest ipsum nomen civitatis. Ego si quid video, habemus ipsam inscriptionem spoliarii a Voesus Apro Praenestinis privata impensa extracti. — Alteram inscriptionem ex rudibus Praenestinis Romam multo ante renatas litteras adlatam dedi n. 3006 (noli tribuere nimium ei rei quod Lancianus hoc tabulae fragmentum, cum repertum sit, ait adfixum fuisse parieti).

ad n. 3043. Eandem ut videtur refert Marinius *syll. fistularum* n. 117 (ed. de Rossi p. 507) tamquam extantem Romae in bibliotheca Barberinia (quo facile potest adlata esse ex Praeneste), sic: [FABIVS · PARMATIVS FEC]

ad n. 3070. Scr. L · AVLI · L · L.

ad n. 3333. Vv. 3. 4 *apstulit atra dies et acervo funere mersit* Vergilii sunt Aen. 11,28.

4233 a cippus marmoreus, Cave nel giardino Gramiccia (Clementi).

pavo  
D · M  
urceus FL · TYCHE patera  
AVG · LIB

Descripsit Stevenson indicatum a Vinc. Cicerchia.

4233 b fragmentum Praeneste apud Vincentium Cicerchiam.

hypo GAEO CVM  
ANIS · MAR

Descripsit Stevenson.

## XXII. AFIL(AE?) (p. 351).

ad n. 3446. Altera ex his fistulis postea pervenit ad Alexandrum Castellani, in cuius hereditate Romae venum prostabat anno 1884 (*Catalogue des objets d'art dépendant de la succession Alessandro Castellani et dont la vente aura lieu à Rome* p. 42 n. 56; inde Lanciani *bull. municipale* 12, 1884 p. 7).